Vistein nonaginta Quinque Marcas pollon. vel prout judicium decernet taxata intulisti et infleccisti pacem et securitatem domesticam violasti per quod poenas legum eo nomine sancitas succubuisti ad quas super te decernendas una cum solutione vulnerum Citanis Judicio sis responsurus Datum in Curia Regia Branscen. feria secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Sielkac ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Zayki Citati propriis posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor suprascriptum Citatum ad officium praesens Castren. Capitaneale Branscen. per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Trossenski iuridice clamatum et non comparentem in loco suo pro toto ex regestri ordine admissioneque officii praesentis Judicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren. Capitaneale Branscen. visa et considerata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectoria ac Conten. Citationis inherendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae vulnerum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore.

Srzedzinska — Lucrum

Super Citationem literalem Castren. Branscen. tenoris talis Franciscus Joannes in Ktocrow Lesznowolski Branscen. etc. Capitaneus Tibi Nobili Alberto olim Nicolai Srzedzinski de persona bonisque tuis omnibus vigore Regio et Nostra Capitaneali authoritate Mandamus Ut In Judiciis vigore Constitutionis Anni 1621 sub tempus expeditionis bellicae sancitis feria secunda post datam praesentis Citationis proxima in Curia Regia Branscen. celebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicii Nostri et ipsius delatricis Nobilis Catharinae relictae olim Nobilis Mathiae Srzedzinski quae te inherendo Constitutioni Anni Millesimi Sexcentesimi Vigesimi Primi de expeditione bellica sancitae et in Conventu Generali Varsavien. reassumptae in vim Termini facti peremptorie Citat Ideo. Quia tu in Contemptum legum publicarum securitatisque domesticae sub hoc tempus motionis Generalis bellicae quo summa pax et tranquillitas observari debet eandem Actricem vulneribus enormibus in obductione specificatis affecisti quae sibi Actrix taxat ad Centum Marcas pollon. per quod poenas legum eo nomine sancitas succubuisti ad quas super te et bonis tuis omnibus decernendas una cum solutione vulnerum Citanis Judicio sis responsurus Datum in Curia Regia Branscensi feria secunda ante festum Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Primo. Cuius quidem Citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Sielkac ab una integra ante Terminum praesentem Septimana in bonis Citati propriis posuit et publicavit. Memorata Actrix suprascriptum Citatum Ad officium praesens Castren. Capitaneale Branscen.

iuridice clamatum et non comparentem in loco suo pro toto ex regestri ordine admissioneque officii praesentis iudicialiter Condemnavit. Et officium praesens Castren. Capitaneale Branscen. visa et considerata Citati clamati et non comparentis Contumacia et temeritate iuri Communi et partis Actoreae affectoria ac Conten. Citationis inherendo super praedicto Citato et bonis eius omnibus solutionem taxae vulnerum decernit sub poena Bannitionis Decreti praesentis vigore. Et per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Trossenski.